

Legia Catholica

Robertii, Johannes

Leodii, 1633

14. Septem Sacraenta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](#)

Petrus Bouille nostræ Societas, stilo Gallico, non elegan-
tiùs, quàm verius, publico de-
dit. De Miraculis, cum multò
plura afferre liceat; pro insti-
tuto satis ista sunt.

14. *Septem Sacra-
menta.*

NON modo Ecclesia, & Po-
pulus Leodiensis, Sacra-
menta integro numero semper
agnouit, & debitam veneratio-
nem, tamquam Salutis nostræ
diuinitus institutis Instrumentis
detulit: sed & illis si qua alia
natio, legitimè iuxta Ecclesiæ
Catholicæ præscriptum, &
religiosè usus est
Baptismo Ceremonias ab Ec-
clesiâ Romanâ usurpatas, &
probatas, integrè adhibuit.

Confirmationem baptizatis,
suis

suis temporibus ab Episcopo
studiosè conferri curauit.

Eucharistiæ sacrofæctæ sive
Sacramentum, sive Sacrificiū,
singulari cultu, perpetuo pro-
secutus est; ut ex ijs. quæ suprà
retigi, & quæ paulò post refe-
ram, intelligi potest.

Pœnitentiam quo studio pro-
sequatur, tot Leodij Templæ
loquuntur, quæ piorum Ca-
tholicorum confertis turbis re-
dundant, ad Sacerdotum sacra
Tribunalia accendentium, cul-
pasque vltro fatentium, & im-
positas pœnas liberater susci-
pientium, & alacriter obeun-
tium.

Extremæ Vnctionis Sacra-
mentum, grauiore infirmitate
depositi, & qui eorum curam
gerunt, adeò semper venerati
sunt, vt & illi solicite illud sibi

G 3 con-

conferri postulent; & isti graui
se piaculo obstringi credant, si
quam negligentiam tantâ in re,
admisisse videantur.

Ordo, sacrorum Hominum
insigne, quâm Leodiensibus no-
stris curæ sit; tanta Ecclesiasti-
corum multitudo, eorumq; per-
petuæ functiones, satis osten-
dunt.

Matrimonia denique ita ce-
lebrantur, facile ut appareat,
non magis in ijs ciuilem con-
tractum quâm Sacramenti san-
ctitudinem obseruari.

I5. Festum Venerabilis SACRAMENTI.

Sacramentorum omnium no-
bilissimum esse constat Ve-
nerabilem Eucharistiam,
vr in quâ ipse omnium Sacra-
mentorum Author, Christus
Deus.